

U N G U E N T A.

U N G U E N T U M E X
Æ R U G I N E.

R. Cerae albæ,
 Resinæ albæ, utriusque uncias duas,
 Olei olivarum libram unam,
 Æruginis semunciam.

CERÆ et resinæ cum oleo leni igne liquefactis, et ab igne dein remotis, paulatim adde æruginem cum aliqua olei parte prius intritam, et assidue agita, donec refrixerit unguentum.

FIT quoque cum æruginе duplicе.

U N G U E N T U M C E R U S S A,
vulgo A L B U M,

R. Cerae albæ,
 Cerussæ, utriusque uncias novem,
 Olei olivarum libras tres.

U N G U E N T A. 137

LIQUESCANT cera cum oleo, dein ab igne ablatis, paulatim immisce cerussam cum olei parte prius intritam, et diligenter agita, donec coeat in unguentum.

U N G U E N T U M B A S I L I C U M
F L A V U M.

R. Cerae flavæ,
Resinae albae, singulorum uncias binas,
Axungiae porcinae,
Olei olivarum, utriusque libram unam.

LIQUESCANT simul leni igne, et ab igne remota bene agitentur, donec coeant in unguentum.

U N G U E N T U M E L A P I D E
C A L A M I N A R I.

R. Cerae flavæ libram unam,
Lapidis calaminaris præparati uncias novem,
Olei olivarum libras duas.

138 UNGUENTA.

LIQUESCAT igne cera cum oleo, et liquefacta paulatim adde lapidem calaminarem cum aliqua olei parte prius intritam, et ab igne remotum assidue agitetur, donec refrixerit, unguentum.

UNGUENTUM CEREUM,
sive ALBUM.

R. Olei olivarum libram unam,
Cerae albæ uncias quatuor,
Spermatis ceti uncias tres.

LENI igne liquefacta assidue agitentur, donec penitus refrixerint.

UNGUENTUM EMOLLIENS.

R. Olei palmæ libras quatuor,
lini libras tres,
Cerae flavæ libram unam,
Resinæ albæ uncias tres.

LIQUESCANT simul leni igne, et assidue agitentur, donec refrixerint.

UN.

UNGUENTA. 139

UNGUENTUM EPISPASTICUM;
five AD VESICATORIA.

R. Olei olivarum librā unam,

Ceræ flavæ uncias quatuor,

Resinæ albæ uncias duas,

Cantharidum fescunciam.

LIQUEFIANT leni igne cera et resina cum olei parte; tum ab igne remotis, paulatim adde cantharides in pulverem prius tenuem, dein cum reliqua olei parte, tritas; assidue agitans, donec refrigerit; unguentum.

UNGUENTUM EPISPASTI-
CUM MITIUS.

R. Cantharidum unciam unam,

Aquæ bullientis uncias quatuor,

Axungie porcine,

Terebinthine Venetæ; singulorum uncias binas,

Ceræ flavæ,

Resinæ albæ, utriusque unciam unam.

140 UNGUENTA.

DIGERE cantharides in aqua per noctem, et valide exprimens, cola; dein liquorem, addita axungia, coque ad humoris aquei consumptionem; tum adde ceram et resinam, quibus liquefactis, et ab igne remotis, terebinthinam adde.

UNGUENTUM MERCURIALE.

R. Hydrargyri,
Sevi ovilli, utriusque unciam unam,
Axungiae porcinae uncias tres.

TERE diligenter in mortario, donec evanescant globuli.

FIT quoque cum hydrargyro duplici et triplici.

UNGUENTUM E PICE.

R. Picis liquidæ,
Sevi ovilli, pondera æqualia.

LIQUENTUR simul, et calida adhuc colentur.

UN-

U N G U E N T A. 141

U N G U E N T U M S A T U R N I N U M.

R. Cerae albae uncias tres,
Olei olivarum libram unam,
Sacchari Saturni semunciam.

CERÆ cum oleo liquefactæ, saccharum Sa-
turni cum aliqua olei parte prius intritum, pau-
latim admisce, et assidue agita, donec frigore
coeant in unguentum.

U N G U E N T U M T U T I Æ.

R. Axungiaë porcinae uncias quatuor,
Cerae albae drachmam unam,
Tutiae præparatae unciam unam.

AXUNGIAE et cerae leni igne liquefactis,
paulatim insperge tutiam, et assidue agita, do-
nec refrixerit unguentum.

L I N I M E N T U M C E R E U M.

R. Olei olivarum uncias tres,
Spermatis ceti drachmas tres,
Cerae albae drachmas duas.

LENI igne simul liquefacta assidue agita,
donec penitus refrixerint.

EM.